

uti *Annales Corbejenses Mscti.* ex archivio Corbejensi referunt.

Für das Ende des 10ten und den Anfang des 11ten Jahrhunderts:

Cod. pag. 334, bei Wedekind No. 30. Tertius Sigesridi filius erat Bruno, a Thiadmaro Abate, patruo suo in monasterium receptus. Creatum eundem esse ep. Verdensem, *Corbejenses nostri* annotarunt.

Quartus comitis Sigesridi filius erat Sigesridus tempore Tiadmarii Abbatis Corbejensis omnino scholaris Corbejensis, testantibus *Annal. Msctis.* in archivio Corbejensi obviis, et postea monachus atque abbas monasterii S. Johannis juxta Magdeburgum, cui *Ditmarus* episcopus *Chronicon suum* dedicavit. Hic anno 1020 erat episcopus Monasteriensis testibus annalibus excitatis.

Für die Zeit von 1016—1046:

Cod. pag. 341. Consentiant cum eo<sup>1)</sup> *Annales nostri Corbejenses Mscti.* affirmantes, Luidolsum, Asiconis fratrem et monachum Corbeiensem suasorem extitisse monasterii in Ballenstide instituendi tempore Abbatis Corbeiensis Truthmari, qui abbatiae praesuit ab anno 1016—1046.

Dazu: Cod. pag. 707, bei Wedekind No. 61. Cujus stirpis ille fuerit Drutmarus, e *Chronico nostro Mscto.* et documentis coaeclaneis demonstrare non licet: *Annales Corbejenses Mscti.* in Archivio Corbejensi, sed recentiores, cum ad gentem Croppenstedensem referunt.

Cod. pag. 716. Jam enim supra indicavimus, *Annales Corbejenses msctos.* in Archivio Corbejensi existentes Drutmarum referre ad Croppenstedensem gentem. Recentiores id e vetustioribus chronicis deperditis haurire potuerunt. (S. noch Cod. pag. 717.)

Für die Zeit um 1128:

Cod. pag. 473. Brunonem autem secundum post annum 1128 archidioecesi Coloniensi praefuisse, e diplomaticis atque Annalibus nostris Msctis. patet.

Zu 1225:

Cod. pag. 265. Iste Frithericus de Isenborg fuerat advocatus abbatiae Essendiensis, quam pro more saeculi ipse diu vexaverat. Monitus ergo ab Engelberto, archiepiscopo Coloniensi, ut compilata redderet atque a vexando desisteret. Cum vero Archiepiscopus a Fritherico nihil impetraret, convenitum publicum Susati anno 1225 mense Novembri in-

<sup>1)</sup> Nämlich dem Anualista Saxo.